



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 38. Errores fratris Joannis Montesonii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

agnoscere Papam. Sed natu major filius Sæcul. XIV.
 & successor ejus Carolus Nobilis capto A. C. 1387.
 tempore partes Clementis solemniter au-
 xit efficienter hac in re adjutus a Car-
 dinali Petro Lunio. Sic Hispania tota,
 Lusitaniam si demas, Clementi parebat.

§. XXXVIII

Errores Fratris Joannis Montefonii.

Parisiis hoc anno nata est contentio ma-
 gna Dominicanos inter, cæterosque
 Theologos. Frater Joannes Montefonius
 ex illorum Ordine Theologiæ Doctor in
 Valentina Catalaniæ diœcesi natus de-
 fenderat in scholis quatuordecim propo-
 sitiones, quarum ponderosiores subjicio.
 Hypostatica in Christo conjunctio natu-
 ræ duplicis est major conjunctioe Per-
 sonarum in natura Divina. Potest dari
 persona mere creata ad merendum per-
 fectior, quam anima ipsius Christi. Aper-
 te fidem impugnat, qui negat quemvis
 hominem præter Christum contraxisse la-
 bem primigeniam. Nec minus adversa-
 tur fidei, qui SS. Virginem hinc eximit,
 quam qui excipit decem homines. Divi-
 nus codex non explicandus est nisi per
 se ipsum.

Duboulai
to. 4. p. 620.

Vitæ PP.
to. 2. p. 991.

Prop. 4. 10.

II.

12. 13.

14.

Quatuordecim propositiones ad con-
 ventum Facultatis Theologicæ 6 Julii Duboulai
p. 629.

Sæcul. XIV. an. 1387 apud Mathurinos habitum rela-
A. C. 1387. tas, cum sua cuique nota iniusta esset, ro-
gatu ejusdem Facultatis Universitas ex
 legitimo judiciorum more tradidit Episco-
 po Parisino Petro Orgemontio tanquam
 ordinario hac in parte Judici: qui fratri
 Joanni Montesonio egressum ex urbe in-
 terdixit, & post necessarias judiciorum
 formulas die Veneris 23 Aug. hanc tulit
 sententiam: Vetamus, nequis e quatuor-
 decim propositionibus supra memoratis
 aliquam publice, aut secreto docere, aut
 defendere deinceps audeat, alioquin ipso
 facto in anathematis pœnam incurfurus,
 cujus remissionem speciaticim nobis refer-
 vamus. Cæterum si Joannes Monteso-
 nius comprehendi queat, addicemus eum
 carceri, & alias juris vias inibimus. In-
 ter cursum actionis hujus coram Episco-
 po Parisino Inquisitor seu istius Vicarius,
 ut se causæ adjungeret, sæpe monitus
 nunquam se stitit: probabiliter erat ex
 Ordine S. Dominici.

Duboulay Joannes Montesonius a sententia
p. 622. 623. Episcopi Parisini ad Clementem appella-
Et. vit, & Avenionem profectus obtinuit, ut
Louvoi to. 2. Universitas in jus vocaretur. Misit hæc
p. 468. Procuratores, quorum caput erat Petrus
 Alliacensis Theologiæ Doctor, & Magnus
 Navarræi Collegii Magister. Geminæ,
 quas coram Papa in senatu hac de mate-
 ria habuit, dissertationes pro stylo illius
 seculi

seculi concionibus sacris similes inchoantur per quemdam codicis Divini locum; quem sequuntur prolusiones, ac declarationes animi: tum corpus sermonis ipsum farciunt tot divisionum divisiones, ut illud reddant obscurius. Posteaquam Clemens Cognitores dederat, examen rei per annum reliquum, proximumque totum duravit.

Sæcul. XIV.
A. C. 1387.

§. XXXIX.

Florentinorum mens de schismate.

Mense Novembri an. 1387 Clemens solemnem legationem misit Florentiam, ubi honorifice fuit excepta, cum Nobiles aliquot obviam iissent. Sed antequam Florentini Legatis aures præberent, consulebant Ludovicum Marsilium Theologiæ Doctorem ex Ordine Eremitarum S. Augustini vitæ sanctæ, ac nominis magni virum, qui reposuit: Potestis eos audire. Si orbi Christiano expedit, quod proponunt, executioni dabitur: si obeest, illos ablegabitis.

S. Anton.
to. 3. p. 404.

Senatus igitur sui copiam Legatis fecit: qui, quem habebant sermonem, finiebant orando, ut Respublica Florentina suam operam conferret ad convocandum concilium universale, quod decideret, uter electorum esset Papa verus. Si Clementem agnosceret, eum Urbano Romanam